

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Occolampadius Capnioni S.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

istis Hilarium Pictaorum episcopum, Leonem Pontificem Maximum, Cyprianum martyrem, Lactantium Firmianum, Florentem Tertullianum, Aurelium Prudentium, Prosperum Aquitanicum, Ioannem Damascenum, Caelium Sedulium, Iuencum Hispanum, Aratorem subdiaconem, Seruium Sulpitium, Gregorios utrosq; Nazianzenum & Nyssenum, Basilium, Athanasium, Origenem Adamantinum. Vel ut de nostris dicam Mirandulanis comitibus, Iohannes duos Picum & Franciscum eius ex fratre nepotem, Marfilium Ficinum, uel alium quemuis politicioris literaturæ Theologum imitabitur Pauci suspicor. Prisca illa christiana eruditio quasi semper eloquentiam ipsam cum diuina illa sapientia coniunctam habere uoluit. Sed longior apud te sum uirum eruditum, non solum de bonis literis, sed & iuris humani atq; diuini scientia benemeritum, & uitæ dexteritate accumulatum exornatum. Capnioni de tua in eum humanitate rescribam, & cito. Spero huic tibi, & merito, gratificari. Illustrissimo nostro principi duci Fridrico & uere nobili, comuniq; patrono nostro. Degéharo Pffessinger humiliter me & à seruitio commendes. Vale amicorum optime. Ex Augusta Vindelicorū. VIII. Kal. Sextil. Anno M.D.XIII.

Oecolampadius Capnioni S.

ORNATISSIME Reuchlin. Si bene tecum aguntur omnia, nihil est quod me magis audire iuuet. Ego quidem non p̄ oīa laudatis auspiciis Basileā migraui. Nā p̄ter literatorum cōsuetudinem haud omnibus modis cætera uotis respōdent. At præstiterit aliquando ē natalibus erepsisse cunabulis. Bruno Amorbacchius uxorem duxit opulentam. Erasmus ante paucos dies hinc soluit, nunq̄ de te nisi honorifice & amice coram nobis locutus. Beatus beate uiuit. Capito uero non dimidium uitæ, aut alter ego, sed plane ipse ego rebus in omnibus. Magno desyderio tenetur disputationis immo epistolæ Græcorum ad Conciliū Basiliense *πρὸς τὸν καθάρτικοῦ*, & ego non minus. quando quidem meus liber periit, nihil poterit Capnion utriq; gratius facere q̄ uotis nostris adnuere, & uel descriptum uel describendum mittere. Philippus Melanchthon ille noster ubi agat scire uelim;

A iii

EPIS. ILLVST. VIRO RVM AD

an apud te resideat, an Saxoniam ingressus sit. Ego corpore cum sequi non possum, animo sequar & literis. Mitto ineptias meas, libellum de Risu Paschali, item Dragmata graecae literaturae, quae amicorum impulsu edere coactus sum. Tibi cum usui futura esse non possint, quae scripta fuerunt, pueris Michaeli Creberio munus meo nomine commendes. Literas in patriam perferendas curabit Michael. Tu uale foelix, uictor, triumphator, Deo non minus quam studio sis charus. Basilea.

¶ Volphangus Fabricius Capito, Ioanni Capioni S.

NESCIO quid de purgatorio, contra Latinam ecclesiam ad Concilium Basiliense retulisse Graecos Oecolampadius nos ter narrauit. quod olim ipse a quopiam excipit peregrino, id ei aut furto, aut incuria, aut occasione frequentis migrationis interit. Tu hoc tempore, optime Capion, nihil potes utriusque gratius praestare, quam illud apud te curare excubendum, siue nobis tantisper conuiuere, mox reddemus certissima fide, & cum scenore, hoc est una opera nos obligatissimos, tibi multo arctius deuincies. Vale. Basilea. Prid. Non. Septemb. Anno M. D. XVIII.

Liftrius, Ioanni Reuchlin S. D. P.

Tis οὗτος φίλος; Nempe tuus & admirator & amator & discipulus. Admirator, ob inauditam & incredibilem multiuigarum rerum scientiam, linguarumque peritiam. Amator, ob singularem humanitatem quam mihi Erasmus ἐρασιώτατος ἐκέλευς. adeo delinuit colorauitque, ut nullus Apelles melior. Discipulus, ut qui ex tuis grammaticis ἀφωνοῖς Ἰουδαῖοις rudimenta primae linguae hebraicae iecerim, alioque frustra Iudaeos auditorus. O doctissimum pectus, & uere plus quam humanum, in quo praeter illam peculiarem linguarum noticiam, ipsa Musica, ipsa leges, ipsa philosophia, ipsa denique theologia, sibi arcem posuere. Nam humanitatem, constantiam omnemque istam uirtutem, quis tandem non est expertus? Et erunt, erunt inquam, qui tanto heroi tam diu negotium facessant. Me miserum. Tam caeca inuidia esse, ut illum lumine extinguere conetur, quod omnibus seculis (δοκῶ ὅτι ἐμοὶ προδόντες τοῦτον γράφον, νομὸλόγησαν ἔστιν, καὶ ἐνθυσίαζονται, καὶ ἀλῆθῆ ἐκείνος ἐνεκα προλέξιν) instar Phoebeae lampadis luminabit. Desydero in hac re